NOMINVM PERFECTORVM

quibus ad tres radicales literas superueniunt seruiles aliquæ, sequuntur archetypi ad quorum comparationem, seu proportionem, cætera id genus verè sine Barbarismi suspicione referri debent.

Est imprimis animaduertendum ex ministerialibus literis esse sex, quarum auxilio formantur nomina. Has habes iuuandæ memoriæ gratia, hac dictione artis הוֹאֵמְנָתִי comprehensas. Quarum functiones eo ordine quo in prædicta dictione scribuntur, exemplis subiectis planę fient. Archetypis istis (vt faciliùs norint rudiores detrahendo ancillãtes literas, tres radicales inuenire, etiam in ordinibus imperfectorũ) respondebit è regione thema, à quo vnusquisque illorũ deriuatur, si deriuatiuę sint speciei, quoniam, vt ex sequentibus liquebit & vsu, nõnulla primitiua sunt nomina, quæ non alicunde deflectuntur. Nec putes nos ita hîc astrictè loqui, vt qui velimus duntaxat literis istis deriuari nomina à verbis: nam sunt alia, quæ non à verbo deriuata, formantur adminiculo harum literarũ. vt, רִאשׁוֹן primus, & רֵאשִׁית principium, à רֹאשׁ caput. & plurima id genus alia.

Ex his sæpenumero ad radicem ascisitur vna, interdum duæ, & nunc præfiguntur, nunc ad finem, vel etiã vtrinque appẽdent, vt exemplis illustrabitur.

		ה	ת ה
חָרַב à		חֶרְכָּה	שָׁמַע à	הַשְׁמָעוֹת*
סָחַר à		סוֹחֵרָה		

* Ex perfectis nominibus hoc vnicum dũtaxat ה à fronte radicis suscipit, cui etiam ת fini additum est.

סוללה

infinita etiam in linguis aliis, quæ breuitati consulẽs prætermisi. Cùm enim mortalibus res infinitæ sint, nec situm sit in viribus illorum, rebus singulis, quæ quotidie nouæ oboriri videntur, proprium nomen imponere, necesse fuit omnibus linguis quantumuis locupletibus, habuisse huiusmodi voces communes, quibus scitè & commodè appositis, res omnes & comprehẽdi & exprimi possent, ad eundem modum quo in Arithmetica decem numerorum notis congruenter cõuenientérque adhibitis quilibet numeri exprimuntur, ac efficiuntur. Etenim, vt lib. 8. cap. 2. quod est de perspicuitate, Fabius verè ait, multa etiam sunt, & Græcè & Latinè non denominata. Cæterùm, vt hunc locum concludam, quia frugalis non immoderata & exuberans est Hebraïca lingua, non multùm frequens est in illa Sinonymia.

בָּאֵר	סֹלֶם	רַחַם	אָטוּן	זֵכֶר
כְּפִיר	סַבּוֹל	לָפִיד	צִינוֹק	שָׁמֵן
סָגוֹר	שֶׁבֶט	כָּמוּן	נוֹרָל	שָׁמִיר
זְבוּל	מַצָּח	טָבוּר	אוֹיֵב	כָּבוֹד
דֶּבֶשׁ	הֶבֶר	פֶּחָם	אוֹפִיר	קָלוֹט
שֶׁכֶם	זֶרַע	אֹכֶל	אוּלָם	הֵיכָל
נֹאם	בַּעַל	אֵלֶם	עוּל	שֶׁגֶל
	חֹרֶשׁ	שִׁכּוֹר	שַׁבָּת	טֶבֶט
		רֶחֶב	פְּגוּל	מִקֶּל	עִירוֹם
		יָקָר	אֵמוּן	שֶׁרֶת	אֲוִיר

NO-

JOANNES QUINQUARBOREUS *Institutiones in Linguam Hebraicam* PARIS, 1559 BERNARD M. ROSENTHAL COLLECTION Octavo